



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CXXXII. Das Kloster Diesdorf bekundet eine Stiftung mehrerer seiner
Conventualinnen, am 24. Juni 1360.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

dam perhenniter reuoluetur, vt dies anniuersarius ipsius suorunq[ue] progenitorum eo deuocius peragatur; vt autem singula prescripta maneant rata, presens hec littera figillis nostri conuentus sinit solidata. Datum anno domini M^o. CCC^o. Sexagesimo, Ipso Sacro die Johannis Baptiste gloriosi.

CXXXII. Das Kloster Diesdorf bekundet eine Stiftung mehrerer seiner Conventualinnen, am 24. Juni 1360.

Nos Johannes de Bok prepositus, Elyzabeth priorissa Totusque Conuentus sanctimonialium in Dyldorpe vniuersis christi fidelibus recognoscimus per presentes, Quod in christo nobis dilecte Hereke et Alheydis sorores de Brunfwik emerunt in villa wendeschen Grauentfede vnam marcam denariorum pro decem marcis denariorum Luneburchensium perfolutis percipiendam et exfoluendam certo tempore census, Quam marcam Officialis Corporis christi ad luminaria dicti Officii augmentanda annuatim perpetuis temporibus procurabit in remedium animarum et omnium fidelium defunctorum, pro quibus tale testamentum est positum perpetuis temporibus duraturum. Preterea Margareta de Luneburch ademit de eadem villa vnam marcam denariorum eidem officiali Corporis christi, sed vti ea debet temporibus sue vite et post obitum dicte Margarete de dicta marca denariorum duo talenta spectabunt annuatim in honorem beati Johannis Evangeliste, ceterum autem ad luminare Dominicis diebus perpetue commanebit. Etiam alheydis de Dannenberche bone memorie sepedito Officio ademit in sepedita villa vnam marcam denariorum pro decem marcis denariorum Luneburchensium In honorem Corporis christi et ad luminaria confirmanda et per ministratricem Officii iam dicti omnibus Dominicis feriis in occurrentibus anno lumen ardere disposuit perpetuis temporibus duraturum. Item hereke et alheydis supradicte sorores, Godele et sorores, filie Johannis Bocmaft, ademerunt de eadem villa vnam marcam denariorum pro decem marcis denariorum Luneburchensium eidem Officio sepe repetito, sed vti ea debeant propter beneficium emptionis temporibus sue vite vltima superviuent in toto sicut omnes et post obitum Officio predicto ad luminaria augmentanda perpetue manebit. In testimonium huius facti, vt fidelius et diligentius seruetur, huic littere Sigillum prepositure et Conuentus duximus apponendum. Datum anno domini M^o. CCC^o. Sexagesimo, In die beati Johannis Baptiste natiuitatis.